

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Consuetudo z
cum fonte primo

idcirco autem huiusmodi prouerbium ponit
ut auditores suos a prima aetate uirtutibus
studere persuadeat ne forte in senectute
non possint discere studia
quibus in tenera aetate mancipari despexerant,
nam et *Quo semel est imbuta recens seruabit
odorem testa diu et*

Graeca narrat historia Alexandrum
potentissimum regem orbisque dominatorem
et in moribus et in incessu Leonidis pedagogi sui
non potuisse carere uitiis quibus paruulus
adhuc fuerat infectus.

Greca narrat ystoria Alexandrum
potentissimum regem orbisque dominatorem
et in moribus et incessu Leonidis pedagogi sui
non potuisse carere uiciis quibus paruulus
adhuc fuerat inbutus.

Beda de templo Salomonis libro II. et est in
glossa super illud Prouerbiorum XXII.:
Adolescens iuxta uiam suam et cum senuerit
non re et cetera.

Beda Venerabilis, *In Prouerbia Salomonis libri III.*, 2.22.6 (CCSL 119B, D. Hurst ed., p.113,
ll.62-71).